Ol. 2871

246,738

St. 4256

Astrolabij quo primi mobilis motus deprehenduntur Canones.

Instrumentum Astrolabij etiam Impressum est Venetijs in officina Petri Liechtenstein Coloniẽsis Germani ãno 1512

* * *

* *

*

Gismondi Brandolini

St. 4256

Ex
Biblioth. Regia
Berolinen.

BIBLIOTEKA
UMCS
LUBLIN

P 5741 | 57 | 15

In opus et instrumentũ astronomicũ Astrolabium vel Pla-
nispheriũ appellatũ Canones incipiunt Felicibus astris.

Sphera solida que ⁊ astrolabiũ sphericum appel latur cum sit astronomice sciencie instrumentũ ex cellẽtius ⁊ p̃ceteris accomodatius. Quia tñ eius tum ꝓpter magnitudinẽ tum ob magnam impen sam ad conficiendam non datur facile copia. Ne igitur studiosi sideralis sciencie suo frustrẽtur vsu loco illius astrolabium accipere consulti sunt cõmodissime. Qđ quidẽ post spheram solidã ad astronomicã practicã nobilius ex istit ⁊ p̃ceteris aptius est expertũ. Astrolabiũ enim grece dicitur acceptio stellaꝝ latine: eo ꝙ per ipsum accipitur cognitio multoꝝ que ex motibus ⁊ quantitatibus ⁊ sitibus corporũ celestiũ que- runtur. Et est instrumentũ figure circularis multiplicibus circu lis ⁊ lineis descriptũ valens ad astronomie ⁊ ad geometrie opera tiones. Qđ etiam a ptolemeo planispheriũ appellatur. Cum sit quasi sphere extensio super planũ vt patet diligenter cum intu- enti. Sed cum plurimi ob nimiã quandoq3 accurtationẽ ⁊ ma gnam scriptoꝝ sententiã canones: astrolabij vtilitates declaran- tes intelligere ⁊ memorie mandare non valuerũt. Igitur fortas- sis vtile erit non nouos sed priores canones vtilitates astrolabij declarantes: ad formã modico longiorem faciliorem tamen redi gere et siqua ꝓpter breuitatẽ ibi dimissa sunt hic suppleri possunt

Nominia partiũ instrumenti astrolabij cognoscere.

Sed quia vtilitates astrolabij sine aliquorũ terminoꝝ expositione modo bono haberi non possunt ideo ne- cessaria erit eorundem precognitio. Nam nisi nomen rei sciatur: cognitio rerum perit. Vt ergo melius ha- beatur operatio astrolabij omnia nomina instrumẽtorũ in astro labio positorũ ſm ordinem describemus. Sunt autẽ nomina instrumentorũ plura. Primũ dicitur Armilla suspensoria ⁊ est illud instrumentũ per qđ astrolabiũ suspenditur ad capiendum altitudinem solis de die vel stellarum de nocte ⁊ arabice dicitur alhan athia vel alanthica. Secundum instrumentũ arabice dicitur alhabos id est ansa vel clauus qui coniũgit armillam cum astrolabio. Alij dicunt ꝙ alhabos sit foramen concauũ3 factum

in aliquibus astrolabijs in quo armilla mouetur. Tertium est mater rotula continens in se omnes tabulas regionū: in quibus sunt tres circuli super centrum eiusdem tabule descripti. Quorū minimus dicitur circulus cācri. Medius equinoctialis siue arietis siue libre. Maior vero circulus capricorni uocatur. Et in extremitate matris rotule per circuitū est limbus in aliquibus instrumentis eminens in aliquibus vero nō: in 360 partes siue gradus diuisus qui et margilabrū quasi labrū marginis nominatur

Deinde sequūtur almicantharath id est circuli progressionū solis vel altitudinum. Et sunt descripti in hemisperio seu in medietate superiori versus armillam cōputando. Quorum quidā sunt perfecti quidā imꝑfecti. Et primus illorum dicitur horizon obliquus id est terminator visus in sphera obliqua: quia ipse diuidit hemisperium superius ab hemisperio inferiori. Et quicquid ē sub illo circulo est sub horizonte: quicquid autem est supra ipsum est supra horizontem. Et centrum interioris almicantharat zenith regionis vel ciuitatis ad quam est facta tabula nominatur Zenith autem regionis vel ciuitatis dicitur esse punctus in celo directe regioni vel ciuitati suprapositus. Deinde sequūtur azimuth et sunt circuli imꝑfecti intersecantes almicātharath quos latini vocant circulos verticales: eo quod super verticem id est super zenith capitum transeant et distinguunt horizontē in 360 partes

Deinde sequuntur due linee recte intersecantes se in centro tabule: quarum prima descendit ab armilla per centrum ad oppositā partē tabule et dicitur linea medij celi et medie noctis: ita quod pars eius superior que est supra horizontem dicitur linea medij celi siue linea medij diei: et alia pars. s. inferior que est sub horizonte dicitur angulus terre seu medij noctis. Secunda aūt linea que intersecat lineam medii celi est horizon rectus: et est illorū qui habitant sub equinoctiali. Postea sunt arcus. 12. horarum inequalium īmediate in inferiori id est sub orizonte descripti. Et inter illas horas aliqua astrolabia habent duas crepusculinas lineas descriptas per quas initium diei et noctis ſm vulgus accipitur.

Deinde sequitur aliud instrumentū, quod arabice alencabuth latine vero aranea vel rethe dicitur in quo est zodiacus per 12. signa eius cum eorū gradibus descriptus. Cuius extremitas con-

nexa dicitur esse via solis seu ecliptica. Et circa initium capri corni in eodem çodiaco est relictus quidam denticulus qui dici tur arabice almuri latine vero ostensor: quia ipse est qui ostendit gradus in limbo descriptos. Et in eodem rethi ponuntur stel le fixe quarum quedam dant occasum quedam non. Alia omnia que ponūtur in rethi sunt facta ad decorē ꝛ pro tenaculo stellaꝝ ibi fixarū positarum. Sciendum ꝙ omnia signa cum gradi bus eorum ꝛ stellis que intra equinoctialem circulum ꝛ centrum astrolabij continētur dicuntur septentrionalia: ꝛ omnia que sunt extra versus circulum capricorni dicuntur meridionalia. Fo ramen in centro instrumenti transiens per rethe ꝛ omnes tabu las dicitur arabice almehan. Clauus autem intrans illud fo ramen vocatur axis in quo.s.axe est foramen quoddam qđ lati ne stabulū dicitur. Clauus vero intrans illud foramen restrin gens araneā cum rotula alphorat id est equus appellatur. Et sic habemus omnia nomina instrumentoꝝ in vna parte astrola bij contenta. In alia vero parte astrolabij que pars dorsum astro labij dicitur sunt duo circuli lati descripti pro vero loco solis ꝛ altitudi e recipienda: quoꝝ vnus interior est diuisus in tres par tes sm la itudinem: quarum superior continet dies anni.s.365. Media vero numerum dierum semper a quinqꝫ in quinqꝫ regu latum. Tertia vero pars continet nomina mensium: ꝛ hic cir culus non habet centrum suum cum centro astrolabij vt manife ste apparet in eius descriptione. In exteriori vero parte circu loꝝ figurantur sm latitudinē quattuor circuli partiales: in supre mo eorum ponuntur numeri graduum per quos sumitur alti tudo solis ꝛ stellaruꝫ: cuius quelibet quarta habet 90. gradus a quinqꝫ in quinqꝫ computatos: ꝛ sub isto pingūtur 360. gradus çodiaci sub quo numerus graduuꝫ signorum a quinqꝫ in quinqꝫ cōputantur. In interiori vero tñ nomina signorū sunt descri pta. Postea sunt linee horarie in superiori parte versus armillā descripte. Et in parte inferiori ē quadrans cuius quodlibet la tus in 12. partes equales est diuisum que dicuntur digiti vel pun cta. Deinde est linea transiēs ab initio arietis ad initium libre per centrum astrolabij. Vltimo sequitur regula siue voluella que voluitur in dorso astrolabij que etiā allidada vel medicliniū

dicitur in qua sunt posite due pinule seu tabelle ad capiendū altitudinē solis in die ⁊ stellaꝝ in nocte. Cuius vnū latus quod trāsit per centrū astrolabij dicitur linea fiducie eo ꝙ fidē facit de ibidem practicatis. Et sic est finis nominū instrumētoꝝ in astrolabio positorum. Et vt melius pateret legenti possent figure in margine depingi: vel in ipso conspicere instrumento.

Solis gradum i codiaco quolibet die anni habere.

SI per astrolabiū volueris scire in q̄ gradu codiaci sit sol quolibet die anni sm veruz eius motū. Pone latus regule qd linea fiducie dicitur sup diē p̄sentis mensis ⁊ sup quecunqꝫ gradū cadat linea fiducie in supiori circulo in illo est sol: Signum autē cuius est ille gradus reperies sub gradibus descriptis. Ecōuerso si nosti gradū solis pone regulā sup eū ⁊ inuenies diē mensis ei correspondentē. Jnuento gradu solis in dorso astrolabij nota eundē in rethi in zodiaco posito. Similiter nota gradū directe oppositū gradui solis ⁊ illū voca nadir solis. Serua hec in mēoria qꝛ valebūt ad subsequētia

Altitudinē solis ⁊ stellarum capere.

CUm volueris scire altitudinē solis q̄libꝫ die āni id est per quot gradus eleuatur centꝝ solis ab horizōte tuo suspēde astrolabiū in radijs solaribus p suam armillā ad pollicē manus dextere vel sinistre vt libere pēdeat. Et verte regulam versus solem ⁊ continue paulatim subleua vel deprime regulam donec radius transeat per foramen vtriusqꝫ tabelle. Et cum videris: tunc diligenter considera per quot gradus eleuatur regula sm lineam fiducie id est linea illa que transit a principio arietis per centrum astrolabij computando: ⁊ numerus illorum graduum erit altitudo solis existens. Eodem modo recipe altitudinem stellarum fixarum in nocte nisi ꝙ ad recipiendum altitudinem stellarum oportet te eleuare astrolabium vltra oculū ⁊ recipe stellas per duo maiora foramina tabellarū ⁊ tactus regule in extremitate astrolabij erit altitudo stelle. Et ob hanc causam ponuntur in qualibet tabella duo foramina vnum maius propter stellas que radios fortes non habent: et aliud minus propter solem.

Horā inequalē ⁊ quattuor angulos celi i die ⁊ nocte habere.

Si quolibet die horã inequalem: ⁊ gradũ ascendentẽ id est horizontẽ: ⁊ gradum occidentẽ: gradũqꝫ medij celi: ⁊ medie noctis id est gradũ existentẽ in ãgulo terre: qui q̃ttuor gradus dicũtur q̃ttuor anguli scire volueris. ¶Nota gduz in quo est sol eodẽ die in rethi ⁊ eleua eũ super tantã altitudinẽ inter almicantharath quãta est altitudo solis in dorso astrolabij: ⁊ hoc ex parte oriẽtis si est ante meridiẽ: vel ex parte occidẽtis si est post meridiẽ. ¶Hoc facto vide super quã horam inter lineas horarias ceciderit nadir solis (id est gradus oppositus gradui solis illa est presens hora: ⁊ tunc respice qđ signũ ⁊ quis gradus signi cadit sup̱ p̄mũ almicantharath ex parte orientis ille enĩ gradus eadẽ hora: est ascendẽs. Et qui cadit sup̱ vltimũ almicãtharath ex p̄te occidẽtis est occidẽs ⁊ qui in linea meridiana ẽ medij celi ⁊ q̃ in linea medie noctis est angulus terre

¶Horã inequalẽ ⁊ q̃ttuor angulos celi in nocte habere.

Si hoc idẽ quod iam dictũ est in nocte scire desideras: accipe altitudinẽ alicuiꝰ stelle fixe in rethi posite quã vides et noscis: et hanc stellã pone sup̱ altitudinẽ inter almicãtharath cuius altitudinẽ inuenisti ĩ dorso astrolabij: ⁊ hoc ex p̄te oriẽtis si est ante lineã medij celi: ⁊ tunc vide sup̱ quã horã inequalẽ cadat gradus solis: illa est p̄sens hora.

Ascendens vero ⁊ alios angulos inuenies vt prius. Et nota ꝙ hora inequalis est pars 12. diei vel noctis artificialis. Sed hora equalis est pars 24. diei naturalis Uel aliter hora inequalis est in qua eleuãtur 15. gradus zodiaci. Sed hora equalis est in qua eleuantur 15 gradus equinoctialis. Similiter nota ꝙ in quibusdã astrolabijs spaciũ inter duo almicantharath valet vnũ gradũ in quibusdam duos: in quibusdã quattuor ⁊ sic de alijs. Ubi autẽ almicantharath valet vnũ gradũ ibi nõ est aliqua difficultas in locando gradum solis vel stellam in sua altitudine. Sed vbi almicãtharath valet vltra vnũ gradum ibi est maior labor. Si ergo valet duos tres vel quattuor ⁊c̃. ⁊ altitudo solis quã accepisti in dorso astrolabij non cadit tibi p̄cise sup̱ almicantharath. Sed cadit inter duo almicantharath: ⁊ si dubitas quo debes locare gradum solis inter almucantharath: tũc volue gradũ solis ad initiũ p̄cedentis almicãtharath ⁊ nota gra

dū almuri in margine. Deinde volue gradū solis super sequēs almicantharath ⁊ iterum nota locum almuri ⁊: vide quot sint gradus in margine a prima nota ad secundā ⁊ illos multiplica per gradus id est per gradus solum dubios qui cadunt inter duo almicantharath alijs diuisis cum quibus debuisti intrare inter duo almicantharath ⁊ productū diuide per numerū graduum id est per tot gradus quot valet tuū almicātharath: si valet tres per tres: si quattuor diuide per quattuor ⁊c. qui sunt inter duo almicantharath: ⁊ si aliqḋ fuerit residuū multiplica per 60. ⁊ diuide per idem: id ē gradus sicut prius diuisisti. s. p quantū valet tuū almicantharath ⁊ erunt minuta gradus. Quo facto volue almuri a prima nota in margine signata per tot gradus ⁊ minuta quot exierunt in numero quotiente ⁊ tunc gradus solis stabunt precise in sua altitudine. Si autē diuidere nescis vide numerum graduum quos pertransiuit almuri in limbo ⁊ recipe de eo talem partem: a secunda nota cōputando qualis fuerit numerus graduum videlicet gradus qui cadunt inter duo almicātharath alijs relictis vt supra cum quibus non intrasti respectu numeri inter duo almicantharath ⁊ ibi pone almuri ⁊ habebis intentū

Crepusculi initiū in mane ⁊ finem in sero scire

Cum volueris scire finē crepusculi vespertini vel initiū crepusculi matutini vide qn̄ gradus solis peruenerit ad lineā crepusculinā occidentalē nā tunc est finis crepusculi vespertini. Quādo aūt venerit ad lineā crepusculinā orientalē tunc est initiū crepusculi matutini: hoc aūt qḋ iam dictū est poteris scire per aliquā stellarū fixarū dū ipsaȝ super eius altitudinē in almicantharath posueris. Et intellige canonē si linea crepusculina in astrolabio ē descripta. Si aūt hec linea in astrolabio non fuerit descripta tunc vide qn̄ nadir solis fuerit eleuatum ex parte orientis 18. gradus inter almicantharath nam tunc erit finis crepusculi vespertini: vel ad 18. gradus ex parte occidentis ⁊ tunc erit initium crepusculi matutini. Et crepusculum dicitur tempus medium inter diem clarum ⁊ noctem obscuram ⁊ sic crepusculum matutinum est ante ortum solis quod aurora dicitur ⁊ finitur in ortu solis. Vespertinum vero crepusculum est tempus post occasum solis initium sumens ab occasu.

solis ⁊ finitur cum nox obscuratur: ⁊ vtrūq; ꝭm philosophos an numeratur nocti: secundum vulgum vero diei computatur.

Quantitatem arcuum diurni ⁊ nocturni scire.

Cum volueris scire arcū diei ⁊ noctis. Pone gradū in quo est sol super primū almicantharath ex parte orientis ⁊ nota almuri in limbo: post hoc moue gradū solis cū rethe per meridiē vsq; ad occidentē id est vsq; ad almicāntharath occidētale ⁊ nota almuri in limbo. Deinde cōputa oēs gradus a prima nota vsq; ad scđam ꝭm motū almuri ⁊ habebis arcum diurnum. Reliqui vero gradus limbi a secunda nota vsq; ad primam computati faciunt arcum noctis. Uel subtrahe arcum diurnum a. 360. gradibus ⁊ residuū erit arcus noctis: quia arcus diurnus cum nocturno agregatus facit 360. Est autem arcus diei in proposito arcus equinoctialis perortus eo tempore quo sol mouetur ab initio ortus vsq; ad eius occasum. Et per tantum arcus noctis dicitur esse arcus equinoctialis perortus eo tēpore quo sol mouetur ab ocasu vsq; ad ipsius ortum. Similiter facies cum stella sicut fecisti cum gradu solis ad sciendum horam eius super terram vel sub terra.

Quot horas equales habeat quilibet dies artifitialis scire.

Si quolibet die scire volueris ex q̄t horis eq̄lib⁹ id est horis eq̄noctialibus vt sūt hore horologij cōstet quilibet dies artificialis: diuide arcū diurnū illius diei per quindeci ⁊ i numero quotiēte habebis numerū horarū equaliū ⁊ si aliquid fuerit residuum multiplica per quatuor ⁊ habebis minuta hore. Similiter fac de arcu noctis diuidendo eum per quindecim ⁊ habebis in numero quotiente horas noctis ⁊ de residuo fac vt prius: quia hore diurne ⁊ nocturne simul agregate faciunt 24. horas ⁊ semper 60. minuta faciunt vnam horam.

Quantitatem graduum zodiaci contentorum ab hora inequali habere

Si volueris scire quantitatē horarū inequalium cuiuscunq; diei id est quot ḡdus equinoctialis oriūtur i vna hora inequali: diuide arcū diurnū per duodecim ⁊ in numero quotiente habebis numerū graduū hore diurne. Et si

Et si aliquid habebis residuum multiplica per 60. ⁊ diuide vt prius per duodecim ⁊ habebis in numero quotiente minuta gradus qui gradus ⁊ que minua sunt quātitatis hore diurne inequalis quā si subtraxeris a 30. gradibus remanebit quantitas hore inequalis nocturne. Et causa est quare subtrahitur a 30. gradibus: quia quantitas hore inequalis nocturne cum quātitate hore inequalis diurne faciunt 30. gradus omni die: qui 30. gradus faciunt duas horas inequales. Vel aliter inuenies quantitatem hore inequalis nocturne diuidēdo arcum nocturnū per 12. faciendo vt prius fecisti de arcu diurno.

Quota pars hore inequalis transiuit quādo hora est incompleta scire.

Quādo queris horā īequalē ⁊ nadir solis vel gradus solis nō ceciderit p̄cise super lineā horariā in astrolabio descriptā. Sed ceciderit sup̱ spaciū inter duas lineas horarias cōtentū tunc talis hora ineq̄lis super quā ceciderit est incōpleta. Et cū vis scire quota pars ipsius est elapsa videlicet vtrū tertia vel quarta ⁊c. tunc statim non mouēdo rethe nota locum almuri in margine: deinde moue nadir solis si est in die vel gradū solis si est in nocte ad initium illius hore ⁊ iterum signa almuri: postea computa gradus in limbo inter primam notā ⁊ secundā s̄m motum almuri quos memorie comēda ⁊ moue almuri ab initio hore vsq̧ ad finem hore illius ⁊ iterum signa locū almuri: Quo facto vide quot sunt gradus inter secundam ⁊ tertiam notam: quia ipsi sunt quātitas totius hore inequalis ⁊ quota pars fuerit gradus prius seruati inter primam et secundam nota respectu graduū totius hore tota pars hore ineq̄lis trāsiuit.

Horas equales transactas ab ortu solis in die: ⁊ ab occasu einsdem in nocte scire.

Si quolibet die vis scire quot hore equales transierūt ab ortu solis vsq̧ ad horā tue cōsiderationis. Pone gradū in quo est sol eadē die super equalē altitudinē inter almicantharath ex parte orientis vel occidentis qualem inuenisti in dorso astrolabij: ⁊ signa locum almuri in gradibus limbi. Deinde volue retro gradum solis vsq̧ ad primum almicantharath ex parte orientis ⁊ iterum nota locū almuri. Postea

a prima nota ad secundam secundum motum almuri computa semper quindecim gradus pro vna hora: et si fuerit quid minus quindecim tunc pro quolibet gradu pone quattuor minuta hore. Vel diuide gradus qui sunt inter primam notam et secundam per quindecim et in quotiente habebis horas et residuum multiplica per quattuor et habebis minuta hore. Que hore et minuta sunt transacte ab ortu solis. Similiter facies de nocte si volueris scire horas noctis equales transactas ab occasu solis ponendo aliquam stellam fixam tibi notam super suam altitudinem et signa locum almuri. Deinde duc gradum solis ad almicantharath occidentale et signa iterum locum almuri: et gradus limbi inter hec duo loca diuide per quindecim: et cetera faciendo vt prius et habebis horas noctis.

Quota sit hora correspondens horologio scire.

Cum volueris scire quota sit hora secundum cursum horologii de vigintiquattuor horis. Scias primo horas equales et minuta horarum ab ortu solis ad tempus tue considerationis per canonem precedentem: quas horas et minuta adde super omnes horas et minuta horarum noctis illius diei et numerus horarum exiens sunt hore complete: et minuta vltra horas si superfuerint sunt partes hore incomplete que respectu sexaginta debent denominari vt si fuerint 30. minuta mediam horam: si viginti tertiam partem: si 15. quartam partem hore incomplete denotabunt.

Horas inequales ad equales et econtra reducere.

Si vis horas equales conuertere in horas inequales vel econuerso horas inequales ad equales. Multiplica horas equales per quindecim et erunt gradus Et si cum illis horis fuerint minuta pro quibuslibet quattuor minutis accipe gradum et adde cum prioribus gradibus et totum diuide per quantitatem vnius hore inequalis: et numerus quotiens ostendet horas inequales. Et si aliquid fuerit residuum multiplica per 60. et diuide per idem vt prius: et habebis minuta hore que iungas horis inequalibus et diuide vt prius. Si vero horas inequales vis reducere ad equales: tunc numerum horarum inequalium

multiplica per quantitatem vnius hore inequalis et productū diuide per quindecim et exibunt hore equales. Residuum vero diuisionis si fuerit multiplica per 60. et productum diuide per quindecim vt prius et exibunt minuta que debent iungi horis equalibus.

Quattuor angulos celi: tempore nebuloso quo non apparet sol habere

Cum volueris prope veritatē scire ascendens mediū celi occidēs et angulū terre tēpore nebuloso Scias primo per horologiū bene correctū quot hore eqles sunt cōplete et quanta pars hore incōplete transiuit. Et hoc poteris scire aliqualiter sm estimationē tuam propinquaz. Tunc pone gradum solis super almicantharath occidentale si horologium incipit cursum ab occasu sicut faciunt horologia italica. Vel pone gradum solis super lineam meridiei si horologium tue considerationis incipit a meridie sicut fit in partibus rheni: et circa ciuitates stagnales. Quo facto vide vbi stat almuri et ab eodem loco moue ipsum sm motum diurnum per tot horas et partes horarum quot transierunt hore horalogij computando semꝑ quindecī gradus pro vna hora et vnū gradum pro quattuor minutis hore. Et gradus zodiaci qui tunc venerint super primum almicantharath ex parte orientis erit ascendens et gradus oppositus erit occidens et qui erit in linea meridiana erit medium celi. Et eius oppositus angulus terre. Et iste canon est multum necessarius in iudicijs astrorum quia quottidie sol non apparet. Sed tamen precisius fierent si haberentur radii solares.

Quattuor angulos celi tempore coniunctionis vel oppositionis luminarium habere.

Si habueris coniunctionē vel oppositionē solis et lune in horis et minutis post meridiē alicuius diei et volueris habere gradū ascendentē et alios tres angulos ad eandē horā. Pone gradū zodiaci in quo erit sol tpe eiusdē cōiūctionis vel oppositiōis suꝑ lineā meridianā et moue almuri directo incessu ꝑ totiēs 15. gdus qt sunt hore cōiūctiōis vel oppositionis et ꝓ quibuslibet qttuor minutis hore moue almuri per vnuz

gradum in limbo: ꝛ dum hoc totum compleueris vide quis gradus zodiaci tangit almicantharath orientale illius erit ascendens ꝛ qui mediũ celi erit mediũ celi. Si aũt hore cõiunctionis cõputãtur a medio noctis tunc pone gradũ solis super lineã medie noctis ꝛ fac vt prius. Et si hore cũ suis minutis cõputãtur ante meridiẽ vel ante mediũ noctis: tũc posito gradu solis in linea meridiei vel medie noctis retrocede cum almuri per totiens 15. gradus quot sunt hore ante meridiẽ vel ante medium noctis. Et hec doctrina multum valet ad sciendum quolibet mense qualitatem aeris in caliditate frigiditate humiditate vel siccitate.

Solis maximam eleuationem ꝛ etiam stellarum ab horizonte scire

Si volueris scire quolibꝫ die quãta est solis ab orizõte maxima eleuatio. Pone gradum i quo ẽ sol codẽ die in quo hoc scire desideras sup lineã mediȷ̃ celi. Et altitudo a primo almicantharath vsqꝫ ad gradũ solis cõputata erit altitudo maxima illius diei. Et qñcunqꝫ inueneris hãc altitudinẽ in dorso astrolabiȷ̃ tunc erit verus meridies illius diei. Cõsimiliter poteris facere de stellis fixis si volueris earum maximã eleuationem scire ponendo sumitatem stelle super lineam meridianum ꝛ computando vt prius.

Sol vtrum sit ante vel post meridiem scire.

Cum sol fuerit ꝑpe meridiẽ ꝛ dubitaueris vtrũ sol est post vel añ meridiẽ: tunc recipe altitudinẽ solis in dorso astrolabiȷ̃ quã sua ꝛ notetur ꝑma altitudo ꝛ modico iteruallo elapso recipe scdo altitudinẽ solis ꝛ tũc vide si illa altitudo secũda sit maior prima: tunc scias quia sol adhuc est ante meridiem: si autem illa secunda altitudo fuerit minor prima tunc sol descendet post meridiem.

Horã inequalem ꝑ dorsum astrolabiȷ̃ scire.

Si habueris horas ineqles i dorso astrolabiȷ̃ scriptas ꝛ volueris per eas scire horã inequalẽ. Pone regulã sup altitudinẽ solis maximã illiꝰ diei ꝛ vide vbi linea finis hore septime secuerit lineã fiducie ipsius regule ibi fac notam cum atramento vel alia re ꝛ hanc notam serua per duos vel tres dies: quia notabiliter non mutatur; deinde de quacunqꝫ ho

ra reperies altitudinem solis vide super quam horam inequalez cadit hec nota illa enim erit presens hora.

Ad habendũ in quo gradu zodiaci sit sol aliter ꝙ dictũ sit.

SI vis scire aliter ꝙ docuit primus canon in quo gradu çodiaci quolibet die erit sol. Pone signũ de atramento vel aliqu . alio in linea meridiana, inter almicantharath super maximã altitudinẽ solis quã potuisti inuenire in dorso astrolabij dũ sol ascendebat in meridie. Deinde volue rethe circulariter ⁊ cõsidera qui gradus tangũt notam priorẽ et erunt solũ duo gradus tangẽtes quoꝝ vnus est gradus solis per signũ mensis cuius fuerit dies vel per q̃ttuor tẽpora anni. Nam si fuerit tẽpus vernale tunc sol erit in aliquo triũ signorum de prima quarta incipiendo computationem ab ariete. Si in estate in secunda quarta: si i antumno in tertia quarta: si in hieme in quarta quarta.

Notabile pro declaratione canonum sequentium.

PRo cognitione sequentiũ est sciendũ ꝙ zodiacus dupliciter imaginatur diuide primo ſm longitudinẽ per circuitũ in 360. partes equales. Scdo ſm latitudinẽ in 12. partes etiã equales que partes omnes dicũtur gradus çodiaci. Scdm primos gradus cõputantur motus planetaꝝ a principio arietis. Et ſm secũdos sumitur latitudo astrorum que dicitur esse distantia eorum a via solis seu a linea ecliptica que directe imaginatur diuidere totum çodiacum ſm latitudinem in duas partes equales. Hec enim linea ecliptica diuiditur in semicirculos duos quorum vnus est a principio cancri vsqꝫ ad principiũ capricorni per librã transeundo. Alter a principio capricorni in principium cancri per arietem computando.

Et principium cancri est solisticium estiuale quia sole in eo existente altius nõ ascendit sol ad çenith capitum nostrorum. Sed statim quasi stando incipit retrocedere. Et principium capricorni est solisticium hiemale quia sol incipit ascendere versus nostram habitationez. Ulterius nota ꝙ declinatio alicuius gradus çodiaci non est aliud nisi distantia ipsius ab equinoctiali circulo versus septentrionem vel meridiem que distantia capitur in circulo magno transeunte per pollos mundi ⁊ per gradum ta

lem zodiaci. Et est duplex septentrionalis ⁊ meridionalis. Septentrionalis est ab equinoctiali versus polum articum vel centrum astrolabij. Meridionalis vero ab equinoctiali versus polum antarcticum ⁊ circulum capricorni. Ex quo habetur ꝙ primus gradus arietis ⁊ libre nullam habent declinationē omnes autem alij gradus habent maiorem, vel minorem declinationem ſm ꝙ plus vel minus distant a primo gradu arietis vel libre.

Item nullus gradus zodiaci habet maiorem declinationem ꝙ primus gradus cancri ⁊ primus gradus capricorni: et talis est fere vigintiquattuor graduum ⁊ quamcunqȝ declinationem habet aliqs graduū tantū habet sol in tali gradu existens. Sciendum etiam ꝙ omnes duo gradus equaliter distantes ab aliquo duorum solsticiorum predictorum sunt equalis declinationis versus septentrionem vel meridiem et dies eorum ⁊ noctes vmbre ⁊ altitudines meridiane sole in eis existente sunt equales

Solis declinationem ⁊ etiam stellaꝝ recipere.

Si volueris scire declinationē cuiuslibet gradus zodiaci. Pone eum super lineā medij celi ⁊ vide per quot gradus eleuatur ab horizonte inter almicātharath ⁊ numeꝝ serua Deinde pone primū gradū arietis vel libre super eandē lineā medij celi ⁊ consimiliter vide ipsius altitudinē ab horizonte inter almicātharath quā altitudinē subtrahe a prima si fuerit maior vel ꝑma a scḋa si scḋa fuerit maior ⁊ qḋ remāserit erit declinatio ab eqnoctiali. Et si gradus fuerit septentrionalis erit declinatio septētrionalis si meridiōalis erit tūc declinatio meridionalis. Vel aliomodo poteris hoc scire. Ponendo gradum de quo hoc scire cupis super lineam meridianam: ⁊ vide quot gradus de gradibus almicantharath sunt inter eqninoctialē circulū ⁊ gradum ꝑdictū ⁊ habebis declinationē gradus quesitā. Eodē modo inuenies declinationē stellaꝝ fixaꝝ ponēdo cacumē illaꝝ suꝑ lineam meridianam ⁊ vidēdo gradus qui sunt inter equinoctialem et cacumen illius stelle vel faciendo ſm primum modum vt placet et habebis intentum.

Dies ⁊ noctes sibi inuicē eqles in anno scire

Ex quo qlibet dies artificiales anni habet aliū diē sibi similē ⁊ similiter nox noctē vt aliqliter patet ex pre

cedēti declaratiōe Si ergo vis scire qui dies artificialis huic diei sit equalis. Tunc recipe duos gradus equaliter distantes ab altero duoꝝ solsticioꝝ ⁊ dies ⁊ noctes eoꝝ artificiales sole in eis existente erunt equales Uerbi gratia recipe primum gradum geminoꝝ ⁊ primum leonis quoꝝ quilibet distat a primo gradu cancri per 29. gradus: tunc quot horas equales habebit dies sole existēte i primo gradu geminoꝝ: tot habebit sole existēte in primo gradu leonis: et ita fit de alijs.

Gradum zodiaci cum quo stelle oriuntur et occidunt et mediant celum scire.

Si vis scire cū quo gradu zodiaci oritur aliqua stella vnā fixaꝝ: vel cū quo gradu venit ad lineā meridianā Pone cacumē illius stelle sup primū almicantharath orientale ⁊ gradus qui tunc ceciderit sup idem almicāthrarath oritur cum tali stella. Similiter fac ponendo cacumen stelle ad lineam meridianam vel occidentalē et inuenies gradum zodiaci meridianam vel occidentalem stelle correspondentem.

Latitudinē stellaꝝ fixarum scire.

Cum volueris scire latitudinē stelle fixe id est distātiā eius a linea ecliptica Tūc per pcedentē canonē scias quis gradus zodiaci sit cū tali stella i linea meridiana vtriusqꝫ id est taꝫ stelle ꝙ gradus zodiaci scias altitudinē a primo almicantharath et subtrahe minorē a maiori et remanens erit latitudo quesita. Et erit latitudo septētrionalis si stella sit posita inter lineā eclipticā et cētrūu astrolabij: vel meridiōalis si ipsa stella sit inter lineam eclipticam et circulum capricorni descripta.

Uel aliter poteris operari posita stella super lineam meridianam: vide quot gradus de gradibus almicantharath sint inter stellam et gradum zodiaci tunc existente in linea meridiana quia ipsi erunt latitudo stelle quesita. Et nota ꝙ in pposito superficies conuexa zodiaci dicitur esse ecliptica.

Gradum signi in quo sit aliqua stellarū scire.

Cum vis scire in quo gradu signi sit quelibet stellaꝝ fixarum. Pone filū vel lineā super polum vel centꝝ zodiaci ex vna parte ⁊ extēde lineā vel filū p cacumē stelle ⁊ p gradus zodiaci: ⁊ quicūqꝫ gdus fuerit a filo vel linea tactus

illic erit gradus stelle quesitus.

Declaratio canonum sequentium.

Pro intellectu sequentium est intelligendum q horizon seu primum almicantharath diuiditur in quatuor quartas quarum prima incipit a puncto vbi equinoctialis intersecat horizontem seu primum almicantharath orientale et finit in linea meridiana sub armilla et vocatur quarta meridionalis. Secunda incipit a linea meridiana et terminatur in puncto vbi equinoctialis intersecat primum almicantharat occidentale et vocatur quarta meridionalis occidentalis.

Tertia incipit ab eodem pũcto vbi finitur secunda et terminatur vbi linea medie noctis intersecat primum almicantharath et vocatur quarta septentrionalis occidentalis Quarta incipit a fine tertie quarte et terminatur in initio prime quarte: et dicitur quarta septentrionalis occidentalis. Et quelibet quartarum a principio vsq ad finem eius continet 90. gradus quos importat azimut et ideo: si habueris 90. azimuth qualibet quarta quodlibet azimuth valet vnum gradum. Si 45. tunc valet duos: si triginta quelibet tunc valet tres si quindecim tunc quilibet valet sex gradus: et sic consequenter cõputando q quelibet quarta contineat nonaginta gradus.

Centri solis vel alicuius stelle fixe a principio alicuius quattuor quartarum distantiam scire.

Si volueris scire zenith solis id est concursum distantie a principio quarte. Cum altitudine solis accipe altitudinem solis hora in qua hoc scire desideras et pone gradum solis super almicantharath altitudinis in parte qua fuerit sol. Quo facto vide super quotum azimuth cadit gradus solis ab initio alicuius quarte et quot gradus representat id azimuth per tot gradus ab initio illius quarte: vbi finitur azimuth est zenith solis. Et necesse est q hec quarta sit quarta meridionalis orientalis vel meridiana occidentalis vel septentrionalis orientalis vel septentrionalis occidentalis. Eodem modo fac de stellis fixis. Et si ceciderit gradus solis inter duo azimuth et ignoras sup quot gradus de gradibus azimuth ceciderit tunc fac eodem modo vt fecisti de almicantharath.

Sol vel stella fixa in quo loco horizontis quotidie oriatur vel occidat scire.

Si volueris scire zenith ortus solis vel zenith ortus alicuius stelle fixe. Pone gradum solis vel cacumen stelle fixe super primum almicantharath orientale et vide quot gradus representat azimuth super quot cadit gradus solis vel stelle ibi erit zenith ortus. Et sup simile azimut erit occasus i simili q̄rta siue sit septētrionalis siue sit meridiōalis

Quattuor plagas mundi vbi sint scire.

Ad habendum veraciter quattuor mundi plagas scilicet orientem occidentem meridiem et septentrionem. Recipe altitudinem solis hora qua hoc scire desideras: et pone gradum eius super eius altitudinē inter almicantharath et vide in qua quarta de predictis quartis est gradus solis: deinde vide per quot gradus de gradibus azimuth distat gradus solis a principio quarte septentrionalis orientalis id est a coluro siue a linea medie noctis et quantum fuerit numerus graduum azimuth tantum sume in dorso astrolabij ab eadē linea medie noctis computando versus armillam: per orientem si est ante meridiem vel per occidentem si est post meridiem: et vbi ille numerus finitur ibi regulam pone. Quo facto astrolabium vtraqz manu tenens verte dorsum eius sursum et appone tabellas regule sic quiescentis versus solem et eleuando in vna extremitate astrolabium et in alia deprimēdo donec radius solis trāseat vtriusqz tabelle foramina. Quo facto pone caute astrolabium super terram vt non moueatur in circuitu ad aliquam partem: tunc quattuor linee concurrentes in centro astrolabij indicant tibi quattuor mundi plagas: videlicet linea orientis orientem meridiana meridie et sic de alijs. Eodem modo poteris facere de nocte per stellas fixas ponendo eas super altitudines et numerando gradus azimuth a linea medie noctis vt supra dictū est. Si autem non poteris tunc astrolabium ponere super terram sine motu laterali tunc fac hoc modo: post q̄ regula fuerit posita super similem numerum graduum azimuth tene astrolabium equidistanter ab horizonte vel loco in quo stas et verte sic astrolabium vt vmbra amborum laterum tabellarum cadat su-

per duo latera regule scilicet vmbra dextra lateris tabelle super dextrum latus regule ⁊ sinistra super sinistram vel equidistanter: ⁊ statim predicte quattuor linee in centro concurrentes indicant tibi quattuor mundi plagas.

Latitudines regionum vel ciuitatum inuenire.

Si latitudinem alicuius regionis vel ciuitatis id est distantiā çenith regionis vel ciuitatis ab equinoctiali circulo versus septentrionem vel meridiem scire volueris. Tunc diligenter altitudinem solis in vera meridie conserua ⁊ considera: quā subtrahe a. 90. si sol fuerit in initio arietis vel libre quod remanserit erit latitudo. Si vero sol fuerit in alio gradu ꝙ̄ in primo gradu arietis vel libre tunc eiusdem gradus declinationem considera quā minues de altitudine solis meridiana si declinatio fuerit septētrionalis vel adde si fuerit meridionalis ⁊ qđ remāserit erit maxīa eleuatio capitis arietis in tali ciuitate: quā si subtraxeris a. 90. remanebit tibi latitudo ciuitatis Hoc idem poteris habere per aliquā stellam que oritur et occidit sciendo eius altitudinem meridianam ⁊ eiusdem declinationem septentrionalē vel meridionalē ⁊ operare vt supra de sole Per stellā autē que nec oritur nec occidit sic operare. Recipe eiꝰ altitudinē maximā ⁊ minimā ⁊ adde simul ⁊ totius aggregati medietas est latitudo ciuitatis. Hic canon est multū vtilis ad faciendum in astrolabio plures tabulas: quia scita latitudine ciuitatis scitur altitudo poli qꝛ semper latitudo ciuitatis est equalis altitudini poli.

Tabularum astrolabij aliqua ad quam in regione sit facta scire

Si dubitaueris ad quam regionem aliqua tabularum in strolabio posita sit facta vide in linea meridiana quot sunt gradus in almicantharath a circulo equinoctiali vsqꝫ ad çenith vel a centro astrolabij vsqꝫ ad primum almicantharath versus septentrionem computando et habebis super quam altitudinem talis tabula facta sit. Altitudo vero capitis arietis est tot graduum quot fuerint ab equinoctiali circulo a linea meridiana versus almicantharath orientale vel occidentale.

Longitudines regionum vel ciuitatum inuenire.

Cum longitudinem regionum id est arcum equinoctialis circuli interceptum inter diuersarum regionū meridianos scire desideras. Tunc initiū lunaris eclipsis in regionibus in quibus exigere cupis considera per tabulas factas sup̱ easdem regiones si ipsas habueris. Si autem vnius tantū regionis habueris tabulas tunc per illas initium vnius eclipsis lunaris in horis ⁊ minutis recipias: ⁊ in alia regione existēs obserua p̱ astrolabiū eclipsis initiū lunaris eiusdē. Et si initiū eclipsis lunaris regiōis vtriusq̱ cōcordauerit tūc ille due regiones eundem habent meridianum ⁊ nulla est inter ipas longitudo. Si autem initia eclipsium discrepauerint tunc recipe differentiā inter horas vtriusq̱ regionis quā multiplica per 15. ⁊ pro quibuslibet quattuor minutis horarum adde vnum gradum si fuerint minuta vltra horas ⁊ productum erit longitudo illarum regionum. Si autem nullas tabulas regionis habueris tunc te in vna regione ⁊ socio tuo in alia regione existētibus principium eiusdem eclipsis lunaris per astrolabia deberet obseruari. Quibus factis operare vt prius.

Distantiam inter duas regiones per miliaria scire.

Si duarum ciuitatum longitudinem in terra id est spacium interiacēs ipsa geometrica mensura optas scire. Tunc longitudinem ipsarum in celo per precedens capitulum inuentam memorie comenda ⁊ subtrahe minorem a maiori ⁊ residuum est differentia longitudinis. Similiter latitudines quasper doctrinas priores reperias ⁊ per subtractionem minoris a maiori scias earum differentiā que dicitur differentia latitudinis. Tunc vtrasq̱ differentias tā longitudinis q̄ꝫ latitudinis in se multiplica quadrate ⁊ adde predicta simul ⁊ totius aggregati quere radicem quadratam quam multiplica per 700. stadia ⁊ habebis numerum stadiorum inter illas ciuitates. Vel multiplica p̱ 100. si vis habere miliaria italica vel per 16 si vis habere miliaria alemanica ⁊ productū erit distantia in miliaribus. Si autem due ciuitates haberent eandem longitudinem tunc operare per latitudinem tantum. Si autem habent eandem latitudinem tunc fac per longitudinem tantum.

Eandem autem latitudinem & longitudinem due ciuitatis habere non possunt.

Declaratio canonum sequentium.

PRo intellectu sequentium est sciendū q ascensio vel ortus alicuius signi vel ortus zodiaci quantū sufficit ad propositum non est aliud nisi pars equinoctialis que cum tali signo siue gradu super horizontem ascēdat & talis ortus est duplex: scilicet rectus & obliquus. Rectus dicitur cum quo maior pars equinoctialis oritur q̄ est arcus zodiaci correspondēs. Sed obliquus est cum quo minor pars equinoctialis oritur. Similiter intelligas de descensu & occasu signorū Illud ergo signum zodiaci recte oritur cum quo plures q 30. gradus equinoctialis peroriuntur & illud oblique cum quo pauciores q̄z 30. gradus eleuantur.

Ascendens signorū in circulo recto & etiam obliquo cuiuslibet regionis scire.

HIs prehabitis si ascensiones signorum in circulo recto id est horizonte qui transit per polos mundi quē habent homines habitantes sub equinoctiali si quis ibi moratur scire volueris. Tunc initiū signi de quo hoc scire desideras: pone super lineam orientalem transeuntem per centrum astrolabij: vel per lineam meridianam & est idem: & signa locum almuri in margine: postea moue rethe donec finis predicti signi cadat super lineam eādem orientis vel meridiei et vide quot gradus sint in margine a prima nota vsq3 ad almuri tot gradus ascendunt cum tali signo in horizonte recto qui dicuntur ipsius ascensiones. Consimiliter facies de qualibet portione zodiaci. Si autem ascensiones signorum & arcuum zodiaci in qualibet regione ad quas habes factas tabulas scire desideras. pone initium signi super primum almicantharath illius tabule que facta est ad regionem cuius ascensiones cupis scire: & nota vt prius almuri: deinde moue rethe donec finis signi cadat super idem almicantharath quod dicitur horizon obliquus & gradus quibus mouetur almuri erunt ascensiones eiusdē signi in eadē regione. Quos gradus diuidas per quindecim & residuum multiplica per quattuor & habebis per quot horas & minuta oritur

tale signum in tali regione. Similiter fac de quolibet alio arcu zodiaci ⁊ scias ascensiones eius ⁊ moram ascensionis eius. Et si vis scire vtrū oritur recte vel oblique: vide vtrū plures gradus pertransit almuri in margine qꝫ habet signum vel arcus zodiaci tunc oritur recte. Eodem modo poteris scire de occasu ponendo signū sup almicātharath occidētale ⁊ fac vt pus fecisti circa ortū

Ascensiones signorū ab ariete cōputaando scire.

Ad habendum ascensiones signorum vel graduū ab ariete computando. Pone initiū arietis super orizontem ex parte orietis ⁊ nota locū almuri in gradibus marginis postea moue rethe donec gdus signi vel finis signi cuius queris ascensiones cadat sup horizontem ex parte orientis ⁊ gradus quibus motū est almuri sunt ascensiōes que sire a principio arietis cōputate. Et si tales gradus fuerint plures qꝫ gradus zodiaci cū eis perorti tunc talis ascensio fuit recta. Si vero pauciores fuit obliqua.

Noticiam stellarum fixarum non positarum in astrolabio scire.

Cognita vna stella fixa in astrolabio posita ⁊ per eam si volueris qualibet aliam tibi incognitam cognoscere Recipe in nocte serena altitudinem stelle tibi note si eam videris Deinde pone cacumen illius stelle super altitudinem inter almicantharath ab oriente vel occidente computando sin qꝫ eam videris in celo situatam Quo facto recipe stellam tibi cognitam super quanta altitudine posita sit inter almicantharath ⁊ in qua parte de quattuor partibus mundi ceciderit: super equalem altitudinē in dorso astrolabij pone regulam ⁊ verte versus eandem mundi plagam super quā cadebat stella ⁊ maiorem stellam quā tunc videbis per foramina tabellarum ipa est quam queris. Et sicut fecisti de vna sic fac de qualibet alia in astrolabio posita siue sit tibi nota siue non.

Noticiam stellarum fixarum positarum in astrolabio scire.

Si nulla stellarum fixarum est tibi nota tunc per horologium bene correctum obserua horas noctis ⁊ pone gradum solis super almicantharath occidentale

et moue almuri a loco suo s'm motum firmamenti per totiens quindecim gradus de gradibus limbi quot hore noctis sint preterite. Quo facto vide que stella ceciderit super almican/tharat orientale illa tunc temporis oritur 7 similiter que ceciderit super almicantharath occidentale illa tunc occidit 7 que sup zenith vel alijs locis ceciderit; vide eius altitudinem inter almicātharath 7 fac vt prius. Et sic poteris omnes stellas cognoscere: etiam si nulla eorum fuerit prius tibi nota.

In quo gradu signi sit planeta vel aliqua stella fixa non posita in astrolabio scire.

Si quis cupit scire gradum stelle fixe in astrolabio nō posite vel planete. Tunc expecta donec talis stella vel planeta venerit ad medium celi: 7 hoc scias per maximam eius altitudinem quam tunc reperies in dorso astrolabij. Qua habita recipe altitudinem alicuius stelle tibi note in astrolabio posite que tunc est super horizontem 7 pone ipsam super eandem altitudinē in parte in qua fuerit 7 gradus qui ceciderit in linea meridiana est gradus quesitus. Et quāta est distantia illius gradus a principio signi tanta est longitudo illius stelle. Et si contigerit q̄ altitudo ipsius stelle meridiane fuerit equalis altitudini meridiane ipsius gradus tunc talis stella est in via solis seu in linea ecliptica nullam habens altitudinem. Sed quanta est declinatio illius gradus ab equinoctiali circulo t anta est declinatio illius stelle fixe vel planete ab eodem circulo 7 hoc septentrionalis vel meridionalis. Si autem altitudo meridiana stelle fuerit maior vel minor q̄ altitudo gradus medij celi tunc talis stella distat a via solis: 7 hoc versus septētrionē si altitudo stelle fuerit maior q̄ gradus vel versus meridiē si altitudo stelle fuerit minor q̄ altitudo gradus. Et cum subtraxeris minorem altitudinem a maiori remanebit tibi distātia que dicitur latitudo stelle a linea ecliptica.

Declinationes stellarum fixarum reperire.

Si alicuius stelle fixe declinationem ab equinoctiali circulo scire desideras tunc ipsius altitudinē meridianā capias: 7 si fuerit minor subtrahe ab altitudine capitis arietis 7 residuū est declinatio meridionalis. Si autē fuerit

maior tunc econuerso subtrahe altitudinem capitis arietis et residuum est declinatio septentrionalis.

In quo gradu et signo sit luna et alij planete scire.

Cum gradum signi in quo fuerit luna scire desideras altitudinem lune per regulam considera: et eandem altitudinem in almicantharath nota ex parte orientali vel occidentali sm quod a te luna fuerit visa. Quo facto recipe altitudinem stelle posite in rethi et eam in almicantharath sup suā altitudinē in parte i qua fuerit pone: et gradus zodiaci qui ceciderit super almicantharath per altitudinem lune prius notatā est grad⁹ lune q̄ cui⁹ sit signi est per descriptionem manifestū. Si aūt appereret luna in die idē facies cū altitudine ipsi⁹ et altitudīe solis. Et per idē documētū poteris inuestigare vera loca aliorum planetarum dum ipsos de nocte poteris videre. Scias tamen quod hec doctrina plus habet veritatem quando planete precise sunt in via solis.

Ad sciendū faciliori modo in quo gradu et signo sit luna q̄z sit supradictū.

Si facilius vis scire in quo signo sit luna. Tunc etatē eius id est quot dierum sit mensis lunaris dupla et supra duplatum adde quinq3 et totum collectum diuide per quinq3: et si nihil remanserit tunc numerus quotiens ostendet tibi numerum signorum que luna transiuit et si aliquid fuerit residuum multiplica per sex et proueniunt gradus quos luna transiuit de signo in quo est: quod signum per quotiēcem designatur et debet fieri computatio signorum a signo in quo sit facta solis et lune coniunctio immediate precedens. Uel aliter poteris hoc scire multiplicando etatem lune per tredecim et totum productum diuide per 30. et habebis gradum.

Uera loca planetarum inuenire.

Si autem vis verius loca planetaruz inuestigare tunc sume altitudinem planete quando est prope lineam medij celi, et eam serua. Deinde ad eandem horaz quere gradum ascendentem per aliquam stellarum fixarum et nota eum et expecta donec planeta incipit descendere a li-

nea medij celi. Quod scies hoc modo qn̄ altitudo eius minuitur
7 capias secundo eius altitudinem que tamen sit equalis altitudi
ni ipsius prius seruate vel sumpte inter lineam meridianam: 7 ite
rum eadem hora accipe ascendentem per aliquam stellarum fixa
rum: 7 tunc pone primum ascendens super almicantharath orie-
tale 7 nota almuri in limbo. Deinde volue rethe donec secundū
ascendens perueniat ad almicantharath orientale 7 iterum nota
almuri 7 tunc super medietatem illorum graduum per quos mo
tum est almuri ponas ipsum almuri 7 gradus qui tunc ceciderit
super lineam medij celi est gradus planete quesitus.

Utrum planeta sit septrionalis vel australis scire.

Si volueris latitudinem planete id est distantiam eius
a linea ecliptica scire vel vtrum planeta sit australis
vel septētrionalis ab ecliptica. Primo debes scire in
quo gradu çodiaci sit ille planeta quem gradum po-
ne in rethi 7 in linea meridiana: 7 postea recipe altitudinem illius
planete meridianam id est quando fuerit in linea meridiana 7 vi
de si est tanta quanta est altitudo gradus çodiaci tunc in medio
celi existentis in quo inuenisti planetam vel maior vel minor. Si
est tanta tunc talis planeta est directus in ecliptica vel in via solis
7 nullam habet latitudinem. Si maior tunc latitudo planete ab
ecliptica est septentrionalis. Si vero minor australis. Et est tāta
distantia quanta maior vel minor fuerit ipsius latitudo.

Utrum planeta sit directus vel retrogradus scire.

Si vis scire vtrum planeta sit directus vel retrogra-
dus eius altitudinem accipe 7 serua: 7 eodem tempo-
re recipe altitudinem alicuius stelle fixe in astrola-
bio posite: et hanc altitudinem 7 partem in quo fue-
rit memorie commenda. Deinde post tertiam vel quartam vel
quintam noctem accipe iterum priori stelle altitudinem eādem
partē celi in quā ante eam inueneris 7 cum perueneris ad equa-
lem altitudinem priori altitudini memorie comendat: tunc
sume altitudinem planete que si fuerit minor sua altitudine pri-
us accepta dico ꝙ planeta est directus si fuerit in parte orientale
7 si fuerit in parte occidentali est retrogradus. Si autem fue-
rit maior prima tunc est retrogradus si fuerit in parte orientali

est si fuerit in parte occidētali tunc erit directus In luna aūt ecō uerso inuenies. Et tunc planeta dicitur esse directus quando motus eius augetur fm numerū graduum ȝodiaci. Sed dicitur retrogradus quando gradus eius minoratur.

Figuram 12. domorum formare.

